

ARTIS COMPUTATORIAE

dexterior, posterior uero compositioni sequenti addenda, sed ea ne memoria exadat cauendum est.

2	3	5	4
	6	2	0
		7	6
	3	0	5
		0	0

Ad dexteram sunt 4, & 6, faciunt 10. huius prior scribenda sub linea, posterior nota 1. adiungenda est secundi limitis numero, ut 5 & 2 sunt septem, deinde alia 7 sunt 14 & 1 e superiore seruatū, efficiunt 15, cuius numeri subscribe priorem etiamnum scilicet 5, posteriorem 1, similiter reserua tertio, hoc modo, 3 & 6, sunt 9, huic adde quod modo super erat 1, sunt 10, eius similiter scribe priorem 0, & serua 1 ultimo addendum, igitur 2 quæ sola in hoc limite sunt, & 1, superius seruatū, sunt 3, summa itaq; superiori 3 0 5 0. Vides in hoc exemplo nihil referre, si non omnes numeri æque multos habeant limites, modo ex perpendicularo superiores inferioribus respondeant. Commoditatis est in hac parte numerationis, maiorem numerum superiore loco scribere, minores inferiore, in alijs etiam necessitatis.

DE SUBTRACTIONE. CAP. XVIII.

Subtractio est duobus numeris propositis maiore & minore, tertij inuentio quo maior minore excedit. Descriptis numeris maiore superius minore inferius